101

Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Samogitiæ, Masoviæ, Livoniæq Dnus et Hæres.

Universis et Singulis tam Archidiœcesis Nostræ Rigensis, quam reliquarum in Livonia Arcium Nostrarum Capitaneis fidelibus Nobis dilectis Gratiam Nostram Regiam. Nobiles Fideles dilecti postulantibus Reipublicæ Nostræ Livoniæ rationes ablegavimus cum Exercitu Nro in Livoniam Illrem et Magnificum Dominum Joannem Chodkiewicz, Capneum Samogitiæ, Gnalem Archi Marschalcum Magni Ducatus Nostri Lithuaniæ Telszoviensem Ploteleng Tenutarium, ac Exercituum Nostrorum per Lithuaniam Supremum Ducem et Campiductorem, Senatorem, et Consiliarium Nrum Sincere Nobis Dilectum, Cujs cum Exercitu Comeatus cum sit necessarius, Fidelibus Vris mandamus, ut Omnem rem frumentariam, in adventum ejus diligenter conservient, ac Pontes in publicis Vijs per districtum Cujus Arcis propter Commodum ubiq transitum tam Equitum, quam etiam Currum, reparandos Fideli: Vestræ current Omninò. Nec Secus pro Gratia Nostra fecerint. Datum Lublini Anno Domini M.D.XL.VI. Die XXVII. Augusti.

Sigismundus Augustus Rex. subscripsit.

do Sttow Infl:

Posyłam Chodkiewicza z woyskiem, źywność dla niego przygotować, drogi opatrzyć.

N:100 Livonica.